[illegible]



Vide si sapis

Mortal

[illegible] bene saper [illegible]

[illegible] nune studia [illegible]

p. [illegible]

[illegible] si stuzzichi il vespa

[illegible] l'altro le [illegible]

Perdonar a corvi e punir le colombe =

Chi fugge l'un pericolo, rimane
nell'altro, e paga il fio d'ossa e di polpe.

ariosto. c. 27. /27

Ove è manco cuore quivi è più lingua.

Facil cosa è correggere gli altrui errori

Petrarca

allegro spiritoso · musique

Franklin Bonafires

1809

Rolans
Gilarere

Salute e buonamente:
Scrive Filipo · e' ammen

medico

Des verbes irreguliers. 55

vivi è stezza alla fierezza quale
d'un umile a' vil non quand alto sale.

Infinitu ne è la Sorgens
e Longuette c'est la litanie

B B C N:o 9

K 11

Δ 19

" a la porte du Palais
" Cette sentence fut mise.
" On ne sort de tout proces
" que l'un nu, l'autre en chemise."

Alondeau le 3e Septbre 1810

Pensar cosa miglior non si può al mondo
Di un Signor giusto e in ogni parte buono.

avanti: C. 11./
vol: 2

ARCANUM
Linguæ Italicæ
reſeratum,

AUTHORE

D. DIONYSIO FERRY
Sacerdote Hiſpano-
Burgundo.

Roland Nunc

de novo

ab eodem correctum,

& auctum,

nec non

Jucundiſsimis ac utiliſsimis

Italicis Proverbijs

adornatum.


PRAGÆ, *Typis Georgij Czernoch*,
1674.

qui male agit, odit Lucem.

Chi le sue piaghe occulta
Non può guarir, il Suo chirurgo insulta

murare e piatize
E dolce impoverize —





STUDIOSÆ JUVENTUTI PRÆFATIO,

In quâ
de facilitate & pulchritudine
Lingvæ Italicæ
tractatur.



UjusLingvæ Italicæ pronunciationis tanta est svavitas, ut vocalia instrumenta minime fatiget, omnem asperam illorum collisionem, omnem aspirationem vehementiorem, omnes sibilos acutiores, omnem deniq; ex imis præcordiorum visceribus suspirationem diligenter evitans, rotunda tamen, non molliter effœminata, adeò ut non sine causa oratoria propter majestatem cùm venustate conjunctam dici possit. Facilitas verò ipsam maximè commendat, tum pro-

pter eam quam habet cum latina convenientiam; tum etiam propter harmoniam vocum, quæ omnes (præter paucißimas quaſdam particulas) deſinunt in aliquam vocalem: utiliſsimam autem ac propemodum neceſſariam eam eſſe declarat ampliſſimus ejus uſus in aula non ſolùm Cæſarea; ſed omniũ penè Regum ac Principum totius Europæ: Hominum item ex omni gente in Italiam ad Mercaturam, litterarum aliarúmq; rerum migrationes, habent enim Itali præter cætera bona, quibus abunde multos populos ſuperant, excelſa ingenia, inſignes Academias, & in omni Scientiarum genere Profeſſores celeberrimos. Habent etiam optimos quoſque libros, tam græcos, quàm latinos, in ſuam linguam translatos, eáque facilitate, ut non ſolùm patrium eloquentiæ ac elegantiæ colorem probè retineant, ſed & concinnitate ac dulcedine aliquando ſuperent. Omitto hìc præſtantiſſimos de omni re Scripto-

ptores, qui quidem in ſua populari lingua ita diſertè ac ornatè ſcribunt, ut nihil ſit tam remotum, nil tam longinquum, quod non illis jam domeſticum, atque proprium, nihil tam abſconditum & abſtruſum, quod non familiare, etiam vulgô cùm doctis videatur. Ut enim multos alios prætermittam, Petrarcha, Arioſtus, Taſſus, Guarinus, an non optimis Poëtarum græcorum vel latinorum meritò conferri poſſunt? Franciſcus ille Guicciardinus, quid Livio? quid Saluſtio debet? an omittam hìc clariſſima nomina Boccatij, Bembi, Victori, Ludovici Dulcis, Varchi atque aliorum, qui quidem omnes & Italiam & Italicam linguam ſuis ſcriptis illuſtrarunt? profecto in omnibus aulis Principum, aut alioquin in hominum luce verſatis conſtat, quibusvis, qui cum uſu rerum & Prudentia Politica, Civili, & Militari, linguarum, & præſertim Italicæ notitiam conjunxerunt, faciliorem eſſe ad dignitates,

 & o-

& opes acceſſum; tenuiores verò vix quicquam citiùs, faciliùs & utiliùs ad rem augendam ediſcere pòſſunt: quæ ſanè omnia ad ipſius ſtudium bona quæq; ingenia excitare debent, adoleſcentibus eò acrius in hoc incumbendum, quo ipſorum ætas ad diſcendum magis eſt appoſita. Ad parandam enim liguarum ſcientiam, plus valet in teneris annis, annus unus, quàm decem, ubi animus alijs atq; alijs occupatus curis, ad docilitatem induruit.

Porrò cùm ſciam non facilem eſſe ſine magnete ullam in alto mari longam navigationem: hæc principia linguæ Italicæ, breviſſimè in unum collecta libentiſſimè offero, ut ſtudioſa Juventus hoc iter & fœliciûs ingredi; & in eo progredi poſſit: In hac itaque linguæ Italicæ infantia ante omnia Studioſi perfectè legere & pronunciare ediſcant; neque verò pudeat vel pigeat quodammodo repuereſcere, dum ſcilicet conantur ſuæ cuiq; voci ſonum reddere.

dere. Sæpè enim vel unius vocabuli diverſa & corrupta pronunciatio multos & prodidit & perdidit, ut ſatis ſuperq; conſtat ex veterum Scriptorum monumentis. Ut autem facilius ſimilem errorem ac tale periculum vitare poſſit, qui hanc linguam ediſcere deſiderat, ad ea, quæ breviter dicturus ſum, diligenter attendat, ſit ergo:

CAPUT I.

De pronunciatione.

PRimò ſciendum eſt, quòd Itali habent litteras ſolummodo viginti, nomine & figura cum Latinis convenientes. Quia verò (ut quotidiano experimur uſu) pleræque, quæ latinis litteris utuntur, earum proprium ſonum contorquent, ac immeritò pervertunt, dum videlicet ad ſuam linguam accommodare conantur, operæ pretium eſt, ordine de ſingularum po-

teſtate dicere, præmiſſa tamen earundem diviſione.

Dividuntur more latinorum in conſonantes & vocales, quæ ſunt quinque, ſcilicet: *a, e, i, o, u*, quæ quidem omnes in principio & in medio dictionis ſonant ſicut apud Latinos. In fine verò ſine accentu iſtæ *a, e, o,* aliquando remiſſiùs efferuntur, ut *honeſta*, *honore*, *fiore*, *cavallo*; ſi autem accentu notentur vehementiùs impelli & attolli debent, ut *honeſtá*, *ré*, *amaró*.

Hîc autem obſerva diligenter omnem vocalem in medio dictionis ante ſimplicem conſonantem leniùs; ante duplicem verò fortiùs proferendam, ut differentia ex ipſo ſono appareat, quæ eſt inter *Caro*, & *Carro*, & in ſimilibus.

Liquidæ ſunt *l*, *m*, *n*, *r*, *z*, quarum ſonus in medio emollitur atque liqueſcit. *r* tamen in principio dictionis vehementiùs ac quaſi Canes irritandi eſſent, effertur: in medio verò multum remittit de ſua aſperitate ut in, *raro*,

fiero,

fiero, vero, videre eſt, ubi medium *r* leniſſime enunciatur.

Nota hìc obiter, quod littera *z* numeratur inter liquidas, quia in Vocabulis græcis vel latinis profertur leni ſono, quaſi *Zain*, ut in *Zodiaco*; in dictionibus quæ nullam convenientiam cum latinis habent, denſo magis ſono quaſi, *tſade*, effertur, ut in *zappa, zucca, zoppo*, & ſimilibus: quem ſonum etiam retinet poſt liquidas, ut *alzare*. Inter vocales verò quando hoc craſſo ſono efferendum eſt, ſemper duplicatur, ut *pazzo, bazzo*.

l inter *g* & *i* liqueſcit & mollem, ſive madidum vel bloeſum quendam ſonum Gallis, Italis & Hiſpanis familiarem, latinis inſuetum, edit, ut *gli, egli, quegli*. Quorum ſonus viva docentis voce meliùs quàm præceptis exprimi poteſt. Ceſſat tamen illa mollities, ut in *negligente* & derivatis.

ſ Iſta littera in principio dictionis leni quodam ſibilo pronunciatur, ut *ſole*,

 ſalu-

ſalute, *ſale*; in medio autem inter duas vocales enervato ſono accedit ad *zain*, ut *roſa*, *coſa*. Excipe iſta tria ſequentia, *coſi*, *altreſi*, *concioſia*. Quæ quidem priori ſibilo efferuntur, accedente ad geminũ *ſſ*. ut & iſta duo, *ſe*, *ſi*. particulæ ſolæ vel quando immediatè verbis adhærent, ut *amaſi*, *deveſi*. Simili modo efferuntur dictiones, quæ liquidam præfixam habent, ut *penſare*, & ſimilia in quibus ſimplex *ſ*, ut duplex pronunciatur.

b, *p*, Iſtæ duæ litteræ nihil diſcrepant à latinorum pronunciatione, ſed differunt inter ſe, quod *b* arctius intus continetur, *p* verò mitiori ſono ſuccedens è medijs labijs erumpit. Ac proinde Germani hìc mihi præ cæteris monendi videntur, ut diligenter obſervent, ſingularem, diverſum, ac diſtinctum ſonum, ne ridicule in *botta* *p* pro *b* pronuncient. ut & in iſtis *biſcia*, *piſcia*, *bene*, *pene*, *beccare*, *peccare*, & alia multa quæ maxime inter ſe differunt.

h Iſta littera in principio dictionis lique-

queſcit, imò quieſcit, & originis vel differentiæ notandæ cauſa magis quàm aſpirationis ſcribitur.

g Ante vocales *a,o,u*, nativam ſuam duritiem retinet, ut *gola*, *galante*, *guſtare*. Ante verò *e,i*, quaſi *ge*, *gi*, Gallorum vel melius ut *dge*, *dgi*, ut *geloſo*, *giurare*. In ſequentibus verò ſyllabis, *ua*, *ue*, *ui*, alio modo effertur, quia coaleſcunt in unam ſyllabam, ut *guida*, *guardia*, *guerra*.

d Nativum ſuum ſonum ſervat, & magnopere cavendum eſt ipſis præſertim Germanis ne *d* cum *t* confundant, & pro *dardo*, *tardo*, *tonare*, *donare*, *detto tetto*, & ſimilia pronuncient, quæ quidem omnia multum inter ſe differunt.

t Pronunciatur ſicut apud Latinos, quorum communem errorem ſequuntur Itali, dum videlicet ante vocalem *i*, quam alia vocalis ſequitur, pronunciant *t*, ſono accedente ad *z*, ut *oratione*, *gratia*, *intentione*, & ſimilia. In primis tamen & ſecundis perſonis pluralibus

verborum, *t* nihil remittit de ſua duritie ut, *combattiamo, ſentiamo, mettiamo*, item in *tieni, tiene, malatia, natio* pro *nativo*.

u Iſta littera quaſi w Germanicum ſolet pronunciari, proinde hìc Germani debent diligentiſſime attendere, ne *u* pro *f*, & *f* pro *u* efferant, dum ſcilicet *vera* pro *fera*, *vino* pro *fino*, *verro* pro *ferro* proferunt, quæ tamen toto cœlo inter ſe differunt.

De alijs litteris hìc differere parum neceſſe eſſe mihi videtur, quia nulla eſt difficultas, cum ab alijs linguis nihil differant, eodémq; modo efferantur.

Gna, gne, gni, guo, iſtæ ſyllabæ Italicæ ſolent efferri hoc modo, & quaſi *nia, nie, nij, nio*, ut *bagnare, compagneuole, magnifico, ingegno*.

Che, chi, iſtæ duæ ſyllabæ pronunciantur ut, ke, ki, Germanicum.

Ghe, ghi, verò efferuntur ut, ge, gi, apud Germanos, ſed parum duriori ſono.

Hìc

Hìc tamen non omittendum eſt, quod littera *c* ante vocales *e, i,* effertur quaſi *tſke, tſchi* germanicum.

Itali more Latinorum aliarúmque linguarum componunt ex vocalibus quaſdam dipthongos, quas efferunt ſemper in duabus ſyllabis, & ſunt, *ae, ai, au, oe, ei, oi, iu, ia, io, ie, eu, uo, ui, ua, ii.* ut *Maeſtro, mai, Autore, Poeta, coſtei, noi, Juramento, jattura, Io, Europa, uono, hieri, colui, Padua, tempij.*

Etiam trypthongos habent, quæ ſunt *uai, iei, uoi,* ut *guai, miei, figliuoli, tuoi.*

Et hoc ſufficiat de litteris tum ſigillatim tum generatim, nunc verò ulterius progrediamur. Sit itaq;:

CAPUT II.

De Apoſtropho & Synalæpha.

QUamquam hæc materia latior ſit, quàm ut noſtri Compendij finibus comprehendatur; breviter tamen quæ magis neceſſaria ſunt ſub-

ſubijciemus. Sciendum igitur, quod per Apoſtrophum nihil aliud intelligimus quàm eliſionem vocalis ante vocalem, tàm in legendo quàm in ſcribendo, cui maximè ſubjecta ſunt adjectiva finita in *a*, *e*, *o*, ut & ſequentes particulæ, *che*, *ci*, *di*, *vi*, *mi*, *di*, *ti*, *ſe*, *ne*, *ſi*, quæ ſemper patiuntur apoſtrophum quando ante dictiones à vocali incipientes reperiuntur.

Gli tamen ante vocales *a*, *e*, *o*, *u*, non patitur apoſtrophum, neque in legendo, neq; in ſcribendo, ut *gli altari*, *gli occhi*, *gli vditori*, *gli eletti*, *gli huomini*.

Hìc tamen diligentiſſime cavendum eſt, nè per apoſtrophum obſcuretur ſignificatio vel proprietas ullius vocis: tunc enim ſatiùs fuerit retinere omnes vocales quàm unius litteræ rejectione amittere ſignificationem vocabuli.

Obſerva etiam obiter, quòd quamvis debeat fieri eliſio vocalis ante vocalem, hæc tamen regula non habet locum quando præcedens dictio habet

ac-

accentum, vel est ipsa dipthongus, v.g. *Parló a questo modo, noi altri, faró il mio potere.* ubi neque in legendo neque in scribendo syllaba vel littera eliditur.

Apocopem sive Synalœpham dicimus esse elisionem vocalis ante consonantem, quæ est satis in usu apud Poëtas, ut *l' tempo, men' pento.*

CAPUT III.

De Articulis.

ITali duplicem articulum sibi vendicant, definitum, & indefinitum, ille duplex est, masculinus & fœmininus, hic est *la*, masculinus verò *il*, & *lo*, qui quidem articuli ùt infrà cum nomine declinantur.

Singular.		Plural.	
N.&Ac.	*il Signore*	N.&Ac.	*i, li Signori*
Genit.	*del Signore*	Gen.	*dei, de' Signori*
Dat.	*al Signore*	Dat.	*ai, a' Signori*
Voc.	*ó Signore*	Voc.	*ó Signori*
Abl.	*dal Signore*	Abl.	*dai, da' Signori*

Sin-

Singul.		Plur.	
N.&Ac.	*l' animo*	N.&Ac.	*gli animi*
Gen.	*dell' animo*	Gen.	*de gli animi*
Dat.	*all' animo*	Dat.	*a gli animi*
Voc.	*ó animo*	Voc.	*ó animi*
Ab.	*dall' animo*	Ab.	*da gli animi.*

Ex quibus quis poteſt facile cognoſcere, quod Itali, quemadmodum Galli; unicam terminationem in ſingulari atque unicam in plurali habent, ac caſus diſtingvunt ſolum per articulos.

Inſuper ſcies, quod omnia nomina maſculina à vocali incipientia, ùt ſuprà, *l' animo*: quæ verò à conſonante ùt ſuprà, *il Signore*, declinabuntur.

Nota, hìc obiter, quod quamvis diximus quod nomina maſculina à vocali incipientia recipiunt articulum *lo'* cum apoſtropho, tamen nomina quæ à littera *ſ*, cum ſequenti conſonante incipiunt habent etiam articulum *lo*, abſq; apoſtropho v. g. *lo ſtato*, *lo ſpirito*, nec non ante infinitivos, ut *lo ſtare*, *lo ſtudiare*, & ſimilia.

Sin-

Singul.		Plural.	
N.&Ac.	*l' anima*	N.&Ac.	*le anime*
Gen.	*dell' anima*	Gen.	*delle anime*
Dat.	*all' anima*	Dat.	*alle anime*
Voc.	*ó anima*	Voc.	*ó anime*
Ab.	*dall' anima*	Ab.	*dalle anime*

Singul.		Plural.	
N.&Ac.	*la Donna*	N.&Ac.	*le Donne*
Gen.	*della Donna*	Gen.	*delle Donne*
Dat.	*alla Donna*	Dat.	*alle Donne*
Voc.	*ó Donna*	Voc.	*ó Donne*
Ab.	*dalla Donna*	Ab.	*dalle Donne*

Undè colliges ex duobus ultimis nominibus fœmininis, quod omnia vocabula quæ à conſonante incipient ùt ſuprà *la Donna*: quæ verò à vocali ùt ſupra *l' anima* modò ſint fœmin. declinabuntur.

Quia verò nemo facilè poterit omnia nomina Italica declinare, nihilominus ſi ſuperiora quatuor tantum optime noverit, atque adjungat ea, quæ paulo pòſt inferius dicentur, eaq; perlege-

legerit, præſertim de formatione pluralis numeri; ſpero, quod nullam prorſus difficultatem patietur.

Itali, ùt ſuprà diximus, habent indefinitum articulum, qui quidem articulus habet tantum tres caſus, ſcilicet Genit. *di*, Dat. *a*, Ablat. *da*.

Hìc articulus eſt omnis generis ac utriusq; numeri, quem ſibi vendicant nomina propria vel appellativa, & pronomina. Ideo autem indefinitus appellatur, eô quod non habeat locum determinatum, ponitur enim etiam ante verba, adverbia, & præpoſitiones.

CAPUT IV.

De Genere.

PArum hic immorandum eſſe mihi videtur, cum à Gallis & Latinis non mùltum diſcrepet; præmonitione tamen facta apud Italos (Gallorū more) genus neutrum ad maſculinum

facili

facili negotio referri posse, exceptis his duobus vocabulis, *ció, che*, latine *id, quod.*

Apud Italos omnia nomina cujuscunque generis fuerint, desinunt in unam ex quinq; vocalibus *a, e, i, o, u*, nullo prorsus excepto, nisi sit nomen proprium, vel antiquum, vel apostrophatum, vel apocopatum, quo posito facillimè poterit quis numerum pluralem cujuscunq; generis invenire, quod tamen ut faciliùs quivis intelligat, quinque Regulas de formatione pluralis numeri sequenti capite proponemus.

CAPUT V.

De formatione pluralis numeri.

REGULA I.

HOc quidem generale est, quod omnia nomina desinentia in *a*, si sint mascul: generis, formant pluralem numerum mutando tantum *a* in *i*, ut

ut *Poeta, Poeti*, quæ verò fœmin. ſunt mutant *a* in *e*, pro plurali, ut *caſa, caſe*.

Nota, quod nomina quæ habent *ca* in ſingular: interponunt *h* in plurali, in hunc modum ut *Duca, Duchi*.

Excipe nomina deſinentia in *tá*, cum accentu, quæ ſunt quaſi omnia latinizata & hæc nihil mutant in plurali, ut *bontá, voluntá, libertá*, quamvis apud Poetas legatur, *bontade, bontadi*, quod tamen rarò apud Oratores fieri ſolet.

Nota, etiam quod nomina fœmin: quæ habent *ca*, vel *ga*, in ſingulari utique interponunt *h* in plurali modo ſequenti, ut *Monaca, Monache, lega, leghe*.

Inſuper obſerva, quod omnia nomina finita in *a*, ſive ſint ſingularis numeri ſive pluralis ſunt fœminina, niſi ſint nomina virorum, virilium officiorum & nomina propria, quæ maſculina ſunt.

Excipe *Pianeta, Cometa*, quæ etiam ſunt maſculini generis.

RE-

REGULA II.

OMnia nomina finita in *e* ſine accentu, formant pluralem, mutato *e* in *i* ſive maſculina ſint ſive fœminina v.g. *Padre, Padri, Madre, Madri, humile, humila, facile, facili.*

Excipe primo has tres voces, *bue, mille, moglie*, quæ habent in plurali; *buoi, mila, mogli.*

Excipe ſecundò accentuata in *e*, quæ ſunt ſex, nempe, *congeriè, effigiè, ſuperficiè, ſpetiè, temperiè, Rè.* quantumvis illa vox *Rè*, apud Poëtas in plurali legatur *Regi.*

REGULA III.

PEr pauca nomina inveniuntur quæ deſinant in *i*, niſi vox *di*, cum ſuis derivatis ſcilicet *lunedi, martedi, mercordi, giouedi, venerdi.* & aliqua nomina propria. Item hæ duæ voces, *pari, ogni*, quarum prior eſt utriúsq; numeri: poſterior in totum mutatur; habet enim in plurali *tutti*, pro maſculino, *tutte*, pro fœmi: tamen illa vox *ogni*,

poſi-

posita ante numeralia retinet vocem utriusque numeri, dicitur etenim *ogni quatro mesi, ogni dì, ogni volta*. etiam dicitur, *ogni Santi*, id est, Festum Omnium Sanctorum.

REGULA IV.

GEnerale quidem est omnia nomina finita in *o*, ea esse masculina, præter *mano* fœm: quia omnia habent in plurali vel *i*, & recipiunt masculin: articulum, vel *a*, & habent fœm: articulũ ut *tempo*, *tempi*, *membro*, *membra*, *huomo* habet *huomini* in plurali.

Nota, hìc obiter, quod nomina quæ habent in singulari *co*, vel *go*, interponunt *h* in plurali hoc modo: *Tedesco*, *Tedeschi*, *luogo*, *luoghi*, *amico* tamen habet *amici*, *nemico*, *nemici*, *Monaco*, *Monaci*.

REGULA V.

OMnia vocabula desinentia in *u'*, utriq; numero apta sunt apud Oratores, ut *virtù*, *giouentù*, & omnia illa

nomi-

nomina ſunt accentu gravi notata, Poëtis verò licet addere *de* in ſingul: *di* in plural: hoc modo: *virtude, virtudi*, & omnia ſunt fœmin: præter nomina propria.

Obſerva prædictas Regulas me ſecundum ordinem vocalium redegiſſe, notum enim eſt apud Italos, ômnia niſi Apocopata ſint vel Apoſtrophata, deſinere in unam ex quinq; ſupradictis vocalibus, uti ſuprà dictum eſt, experientiáq; ſatis docebit.

CAPUT VI.

De Gradibus comparationis.

ITali ut Latini habent tres comparationis gradus, nempè poſitivum, comparativum, & ſuperlativum. Poſitivus fit apud Italos comparativus per adjectionem iſtius particulæ, *piú*, ut *dotto, piú dotto.*

Excipiuntur numero ſex, videlicet: *buono, cattivo, grande, piccolo, bene, male.*

quæ

quæ habent pro ſuo comparativo, *migliore, peggiore, maggiore*, dicitur tamen *piu grande, minore* (dicitur etiam *piú, piccolo*) *meglio, peggio*. quæ quidem omnia requirunt poſt ſe genitivum cum articulo indefinito, ut *Dioniſio è piú dotto di*, vel *che pietro*, ſic de cæteris.

Poteſt fieri ſuperlativus tribus modis. 1. Addendo comparativum, & præponendo articulum definit: hoc modo: *il piú ſavio di tutti, la piú bella di tutte, le piú brutte Donne del paeſe*. 2. Adjungendo particulam *trá*, vel *frá*, quæ regunt accuſat: ut *il leone, è il piú gagliardo, frá*, vel *trá tutti li animali. Pietro è il piú diligente trá* vel *frá tutti gli altri*. 3. Fit ad inſtar latinorum mutando ſcilicet, *o*, vel *e*, in *iſſimo, iſſima*, ut *bruto, piú bruto, brutiſſimo, devota, piú devota, devotiſſima, humile, piú humile humiliſſimo, humiliſſima* pro fœmin: in plurali *humiliſſimi, humiliſſime*.

Non malè etiam eſſerri poteſt per hæc adverbia ſequentia; *molto, aſſai*,

mol-

molto bene ut *questo é molto indegno di tal gratia. questo signore è assai ricco,* & cætera & hæc adverbia fugiunt particulas *trà, frà.*

CAPUT VII.

De Pronominibus.

PRonomina alia sunt personalia, ut apud Latinos, quia personis verborum præponuntur, eaq; numero quatuor, videlicet:

Singular:		Plural:	
N.	*Jo*, ego	N.	*noi*, nos
G.	*di me*	G.	*di noi*
D.	*a me, mi*	D.	*a voi, ci*
Ac.	*me*	Ac.	*noi*
Abl.	*da me*	Abl.	*da noi.*

Singul.		Plur.	
N.	*tu*, tu	N.	*voi*, vos
G.	*di te*	G.	*di voi*
D.	*a te, ti*	D.	*a voi, vi*
Ac.	*te*	Ac.	*voi*
Abl.	*da te*	Abl.	*da voi.*

Nota, hic obiter quòd *mi, ci, ti, vi,* ſolùm cum verbo conſtruuntur, hoc modo, *Fatemi queſta gratia, dateci del pane. Verrò per farti ſervitio. Lo dico per auuiſarvi del tutto.* Quæ omnia latinè reddi poſſunt: *Faciatis mihi hanc gratiam, date nobis panem. Veniam ad inſerviendum tibi. Hoc dico ut vos moneam de omni re.*

Singul.	Plural.
N. *Egli, lui,* ille	N. *loro,* illi
G. *di lui*	G. *di loro*
D. *a lui*	D. *a loro*
Ac. *lui*	Ac. *loro, gli*
Abl. *da lui*	Abl. *da loro.*

Singul.	Plural.
N. *ella, lei,* illa	N. *loro,* illæ
G. *di lei*	G. *di loro*
D. *a lei*	D. *a loro*
Ac. *lei*	Ac. *loro*
Abl. *da lei*	Abl. *da loro.*

Obſerva hìc differentiam inter hos Nominativ: *egli* & *lui*, *ella* & *lei*. Eam ſci-

ſcilicet eſſe, quod *egli* & *ella*, verbis præfigantur: *lui* verò & *lei*, cum verbis & abſque verbis conſtrui poſſint, ut *Ella è aſſai bella*. Ipſa eſt ſatis pulchra. *Se leì vuol far queſto*. Si ipſa velit hoc facere. *Chi hà fatto queſto? lei*. Quis hoc fecit? illa. *Egli hà detto coſi*. Sic ille locutus eſt. *Chi mi chiama? lui*. Quis me vocat? ille.

Singul.

Nom. & Acc.	*ſe*, ipſe	
Gen.	*di ſè*	
Dat.	*à ſe, ſe.*	
Abl.	*da ſe*	

Alia ſunt demonſtrativa, nempe *queſto, coteſto, quello, eſſo, coſtui, colui*. Quorum fœminina ſunt, *queſta, quella, coteſta, eſſa, coſtei, coteſtei*. Quorum pluralia ſunt, *queſti, quelli, coteſti, eſſi, coteſtoro, coſtoro, colóro*. Et fœminina ſunt *queſte, quelle, coteſte, eſſe, coteſtoro, coſtoro, coloro*. Quorum quatuor priora cum nomine, & abſq; nomine collocari poſſunt, cætera verò duo debent abſq; nomine collocari, quia de perſona tantummo-

do dicuntur; hócque habent ſingulare quod omnia articul: Indefinit: requirant.

Iſtud tamen obiter non eſt omittendum, quod pro voce *quello*, ante nomina à conſonante incipientia dicitur, *quel*, ut *quel coltello*, in plurali verò *quei*, ut *quei cavalli*; eodem modo dicitur, *il bel libro*, non *bello*, *i bei fanciuli*, non *belli*. Item *Gran*, tam in ſingulari quàm in plurali (modo dictio non incipiat à vocali, vel à littera *ſ*, quam immediate inſequatur conſonans alia, tunc enim integrè ſcribitur, & pronunciatur, ut *grande amico*, *grandi errori*, *grande ſtudio*.) ut *gran coſa*, *gran dolori*, *gran piacere*, & ſimilia.

Item *uno* ante nomina à vocali incipientia, *un* verò à conſonante, ut ſatis ſuperque uſu ediſcetur.

Alia ſunt pronomina poſſeſſiva, videlicet quinq;: *mio*, *tuo*, *ſuo*, *noſtro*, *voſtro*. Pro fœminin. *mia*, *tua*, *noſtra*, *voſtra*, *ſua*. Pro plurali: *miei*, *tuoi*, *ſuoi*, *noſtri*,

ſtri, voſtri. Pro fœmin. *mie, tue, ſue, noſtre, voſtre*, quæ quidem cum articulo finito rarò cum indefinito collocantur.

Alia ſunt pronomina relativa, quæ vel ponuntur cum nomine, vel cum verbo, vel absq; verbo, & nomine, cum nomine dicitur, *qual libro*, in plurali *quali*; idq; cum articulo indefinito ut *qual Signore, di qual Signore? di quai Signori?* id eſt, *Qualis Dominus, de quali Domino? de quibus Dominis?* quod ſi fiat interrogatio, loco *qual* dicitur *che*, ut *che hora è? di che paeſe ſete? a che coſa ſerve queſto?* id eſt *Qualis hora eſt? ex qua patria es? ad quid eſt hoc utile?* *Chi*, dicitur cum verbo & articulo indefinito, ut, *di chi è queſto libro? da chi l' havete imparato? Cujus eſt iſte liber? à quonam didiſciſti?* Absque verbo verò & nomine dicitur *quale*, ſed cum articulo definito, ut, *date mi il candeliere il quale m' havete hoggi promeſſo, del quale vi hó ſtá matina parlato.* Detis mihi candelabrum quod mihi hodie promiſiſtis, & de quo hodie mane vobiſcum locutus ſum.

Itali habent duas particulas relativas, *ci* vel *vi*, & *ne*. Gallicè redduntur *y*, *en*, Latine vix reddi possunt, quarum tamen scientia adeò necessaria est ijs, qui vel Gallicam, vel Italicam, vel Germanicam scire desiderant, ut absq; illis nunquam unam ex his supra dictis Lingvis possint ediscere. De quibus etiam adhuc in constructione istius Lingvæ Italicæ aliquid & melius & clarius docebitur.

CAPUT VIII.

De verbis auxiliaribus.

VErba auxiliaria ideo dicuntur quod alijs verbis auxilio sint: quæ quidem sunt adeo necessaria in quavis ex supradictis lingvis, ut sine eorundem auxilio nemo prorsus cæterorum verborum conjugationem sive constructionem rectè, aut certè cum non parva difficultate dignoscere possit. Quare ea præsertim & necessariò ediscere debet memoriter is, qui aliquam

ex ſupra poſitis Lingvis perfectè & breviter ſcire deſiderat. Iſta verò duo verba auxiliaria ſunt: *havere*, id eſt habere, quo utimur ad conjuganda verba activæ vocis, ſcilicet in præterito compoſito indicativi, & plusq: perfect: item in plusquam perfect: opti: & in præterito unico conjunctivi, ejusdémque plusquam perf: infinit: . *Eſſere*, eſſe, utimur ad conjuganda verba paſſiva, item verba quæ habent in infinitivo *ſi*, ut *pentirſi.* item verba *andare*, *venire*, *ritornare*, *uſcire*, *ſtare*, & alia quæ uſu & lectione facile ediſcuntur. Quæ quidem duo verba per omnes modos tempora, & perſonas ut infra conjungantur.

Indicativus,

Jo hò, habeo { *noi habbiámo, havémo*
tu hai { *voi havéte*
quello hà { *quelli hánno*

Imperfect.

Jo havévo, habebam { *noi havevámo*
tu havévi { *voi havevâte*
colui havéva { *colóro havévano.*

Tamen apud Poëtas legitur *havéa* in prima perſona ſingulari : & *havéano* in tertia plurali.

Præterit: ſimplex.

Jo hebbi,	habui	*noi havemmo*
tu haveſti		*voi haveſte*
colui hebbe		*colóro hebbero, hebbono.*

Præterit: compoſitum.

Jo hó havúto,	habui	*noi habbiamo havúto*
tu hai havúto		*voi havete havúto*
colui há havúto		*colóro hanno havúto.*

Pluſq. perfectum.

Jo havéva havúto	habueram	*noi havevamo havúto*
tu havévi havúto		*voi haveváte havúto*
colui havéva havúto		*colóro havévano havúto.*

Futurum.

Jo havró	habebo	*noi havremo*
tu havrai		*voi haverete*
colui havrá		*colóro havéranno.*

Imperativus.

Habbi tu	*habbiámo*
habbia quello	*habbiáte voi*
	hábbiano quelli.

Optat: præſens & futurum, & præſens ſubjunctivi.

Jo hábbia habeam	*noi habbiámo*	
tu hábbi	*voi habbiáte*	
colui hábbia	*colóro habbiano.*	

Imperfectum.

Jo hávessi haberem	*noi havéssimo*
tu havessi	*voi háveste*
colui havesse	*colóro havéssero, sini*

Plusquam perfectum.

Jo hávessi havúto (habuiſſem	*noi havéssimo havúto*
tu hávessi havúto	*voi haveste havúto*
colui havessi havúto	*colóro havessero havúto*

Imperfect: ſubjunctivi.

Jo haveréi, havería (haberem	*noi haverémmo*
tu haverésti	*voi havéreste*
colui havérebbe	*colóro haverébbero & haverébbeno*

Præteritum unicum.

Jo hábbia, havúto (habuerim	*noi habbiámo havúto*
tu hábbi havúto	*voi habbiáte havúto*
colui hábbia havúto	*colóro hábbiano havúto.*

Plusquam perfectum.

Jo haverei havúto habuissem	*noi haverémmo havúto*
tu haverésti havúto	*voi havéreste havúto*
colui haverébbe havúto	*colóro haverébbero havúto.*

Futurum.

Jo havró havúto (habuero	*noi haverémo havúto*
tu haverái havúto	*voi haveréte havúto*
colui havrà havúto	*colóro haveránno havúto*

Infinitivus.

Havére, havér habere.

Plusquam perfectum.

Havér' havúto habuisse.

havér ad havére *esser per havére* *dover' havére*	habiturum esse.

Participium activum.

Havendo habens.

Participium passivum.

Havúto, havúta Gehabt.

Gerun-

Gerundia & Supina.

Per havére di havér, ad havére, Zuhaben.

Indicativus.

Jo sóno, son	sum	*noi siámo*
tu séi		*voi siéte, sete*
egli è		*essi sóno*

Imperfectum.

Jo éra	eram	*noi eravámo*
tu éri		*voi eraváte*
colui éra		*colóro érano*

Præteritum primum.

Jo fui	fui	*noi fúmmo*
tu fusti		*voi fóste*
colui fù		*colóro fúrono, furno*

Præteritum secundum.

Jo son státo	fui	*noi siámo státi*
tu sei státo		*voi sete státi*
colui è státo		*colóro sono státi.*

Plusquam perfectum.

Jo éra státo	fueram	*noi eravámo státi*
tu éri státo		*voi eraváte státi*
colui éra státo		*colóro érano státi.*

Futurum.

Jo ſaró ero *noi ſarémo*
tu ſarái *voi ſaréte*
colui ſará *colóro ſáranno.*

Imperativ:

Sii tu *ſiamo noi*
ſia quello *ſiáte voi*
ſiano quelli.

Optat: præſens & futurum, & præſens conjunctivi.

Jo ſia ſim *noi ſiámo*
tu ſii *voi ſiáte*
colui ſia *colóro ſiano*

Imperfectum.

Jo foſſi eſſem *noi foſſimo*
tu foſſi *voi foſte*
colui foſſe *colóro fóſſero, fóſſino.*

Pluſquam perfect.

Jo foſſi ſtáto, fuiſſem *noi foſſimo ſtáti*
tu foſſi ſtáto *voi foſte ſtáti*
colui foſſe ſtáto *colóro fóſſero ſtáti*

Imperfect. ſubjunctivi.

Jo ſarèi, ſaría, eſſem { *noi ſarémmo*
tu ſarèſti { *voi ſaréſte*
colui ſarèbbe { *colóro ſarébbero, bo-no.*

Perfectum unicum.

Jo ſia ſtáto, fuerim { *noi ſiámo ſtáti*
tu ſii ſtáto { *voi ſiáte ſtáti*
colui ſia ſtáto { *colóro ſiano ſtáti.*

Plusquam perfectum.

Jo ſaréi ſtáto, fuiſſem { *noi ſarémmo ſtáti*
tu ſarêſti ſtáto { *voi ſarêſte ſtâti*
colui ſarèbbe ſtáto { *colóro ſarêbbono ſtáti.*

Futurum.

Jo ſaró ſtáto, fuero { *noi ſarèmo ſtati*
tu ſarai ſtáto { *voi ſarete ſtati*
colui ſarà ſtáto { *colóro ſaranno ſtáti.*

Infinitivus.

Eſſere, eſſer, eſſe.

Pluſquam perfectum.

Eſſer ſtáto, fuiſſe.

Parti-

Participium activum. *Essendo.*

Passivum. *Státo, státa,* gewesen.

Gerund: & Supin:

Per essere, ad essere, di essere, Zuseyn.
essere per essere.
dovere essere.
havere da essere.

CAPUT IX.

De Verborum conjugationibus.

IN ista Lingva Italica, sive Etrusca; conjugationum quatuor sunt species, quæ quidem facili negotio dignoscuntur ex ipsis infinitivis more Latinorum ac Gallorum.

Prima igitur desinit in *are*, longum, ut *parlare*, loqui.

Secunda in *ire* longum, ut *finire*, finire.

Tertia in *ére* longum, ut *tenére*, tenere.

Quar-

Quarta in *ere* breve, ut *conoſcere*, cógnoſcere.

Prima Conjugatio, ut apud Gallos, copioſiſſima eſt, cujus pleraque verba ſunt vel latinizata vel gallizata: quæ quidem habet tantum quatuor Irregularia, videlicet, *dare*, *fare*, *andare*, *ſtare*. Quorum Inflexionem inferiùs habebit.

Secunda Conjugatio habet regularia multa finita in *ire*, ut & irregularia de quibus etiam poſt conjugationes quatuor verborum.

Tertia per pauca regularia, ſed quaſi omnia irregularia.

Quarta deniq; habet regularia hæc *battere*, cum compoſitis, *credere*, *fremere*, *gemere*, *mettere*, *cedere*, cum compoſitis; *premere*, *præſumere*, *ricevere*, *vendere*. De cujus conjugationis irregularibus etiam infrà dicetur.

Nota, hìc diligentiſſime, quod omnia Imperfecta Indicativi omnium verborum ſive regular: ſive irregular: hanc ter-

terminationem habent, videlicet, *va.* Item omnia futura Indicat: in *ró.* Omnia Imperfecta optativi in *ſſi.* Omnia Imperfecta ſubjunctivi in *rei*, vel *ria.*

Nota etiam, quod omnium verborum primæ, ſecundæ & tertiæ Conjugationis tertia perſona ſingularis præteriti primi. Item prima & tertia perſona ſingularis futuri Indicativi, accentu gravi notatur. Et ſic producitur. Ubi verò invenies accentum quaſi dactylum pronunciabis, quia poſt ipſum accentum ſyllabæ, quæ ſequuntur breves eſſe poſſunt.

CAPUT X.

De paradigmate quatuor Conjugationum.

HIc operæ pretium duxi facillimum modum proponere, quemadmodum facili negotio ac labore omnia verba regularia Italica cujuscunq; conjugationis ejusdem Lingvæ Studioſi fle-

flectere valeant, ideoq; unum verbum de quacunq; conjugatione hìc inferius conjugatum per omnia tempora, ac quemadmodum eadem tempora aliorum verborum formare possint, invenient. Quæ quidem quatuor verba si ritè atque perfectè didicerint ut sunt infrà posita, quodcunq; aliud verbum sine ulla aut saltem cum parva difficultate conjugare poterunt.

Indicativus.

1. *Jo parlo*, loquor		*noi parliámo*
tu parli		*voi parláte*
colui parla		*colóro párlano.*
2. *Jo sento*, sentio		*noi sentiámo*
tu senti		*voi sentíte*
colui sente		*colóro séntono.*
3. *Jo témo*, timeo		*noi temiámo*
tu témi		*voi teméte*
colui téme		*colóro témono.*
4. *Jo crèdo*		*noi crediámo*
tu crèdi		*voi credéte*
colui crède		*colóro crédono*

Ex quo facile quivis poteſt colligere quod iſtud tempus in omnibus regularibus fit ab infinitivo mutatis tribus ultimis litteris in *o*.

Imperfectum.

1. *Jo parlávo, & va* (loquebar | *noi parlavámo*
tu parlávi | *voi parlaváte*
colui parláva | *colóro parlávano.*

2. *Jo ſentíva, ſentíà* (ſentiebam | *noi ſentivámo*
tu ſentívi | *voi ſentiváte*
colui ſentíva | *colóro ſentívano.*

3. *Jo teméva*, time-(bam | *noi temevámo*
tu temévi | *voi temeváte*
colui teméva | *colóro temévano.*

4. *Jo credéva*, cre-(debam | *noi credevámo*
tu credévi | *voi credeváte*
colui credéva | *colóro credévano*

Iſtud tempus formatur ſemper ab In-

fini-

finitivo mutando *re* in *va*, in omnibus verbis ſive regularibus ſive irregularibus.

Nota, quod jam Pronomina perſonalia, videlicet, *Jo*, *tu*, *colui*, *noi*, *voi*, *colóro*, prætermittere volumus, quia ſtudemus brevitati.

Preterit: ſimplex ſive primum.

1. *Parlái*, locutus (ſum { *parlámmo*
parláſti | *parláſte*
parló | *parlárono*.

2. *Sentij* { *ſentímmo*
ſentiſti | *ſentíſte*
ſentí | *ſentírono*.

3. *Teméi*, *temétti* (timui { *temêmmo*
teméſti | *teméſte*
temé, *temétte* | *temérono*, *teméttero*.

4. *Credéi*, *credetti* (credidi { *credemmo*
credéſti | *credeſte*
créde | *credérono*, *credéttero*

Hoc

Hoc tempus bene formabitur ab infinitivo in omnibus verbis irregularibus, ſi mutes *re* in *i*, ut videre eſt legenti.

1. *Hó parláto* (locutus ſum	*habbiámo parláto*
hai parláto	*havéte parláto*
há parláto	*hánno parláto.*
2. *Hó ſentíto*	*habbiámo ſentíto*
hai ſentíto	*havéte ſentíto*
há ſentíto	*hánno ſentíto.*
3. *Hó temúto*, timui	*habbiámo temúto*
hai temúto	*havéte temúto*
há temúto	*hánno temúto.*
4. *Hó credúto*, credidi	*habiámo credúto*
hái credúto	*havéte credúto*
há credúto.	*hanno credúto.*

Iſtud tempus ſemper formabitur tum in regularibus tum in irregularib: à præſenti indicativi verbi auxiliaris *have-*

hàvere, vel *eſſere*, (ſecundum verbum quod conjungatur) & participio paſſivo verbi quod defacto flectitur. Iſtud verò Participium paſſivum in verbis regularibus fit mutando *re* in *to*, in prima & ſecunda conjugatione. In tertia autem & quarta ſi mutes *re* in *uto*, ut videre eſt.

Pluſquam perfectum.

1. *Havéva parláto* (locutus fueram	*havevámo parláto*
havévi parláto	*haveváte parláto*
havéva parláto	*havévano parláto.*
2. *Havéva ſentíto*	*hevevámo ſentíto*
havévi ſentíto	*haveváte ſentíto*
havéva ſentíto	*havévano ſentíto.*
3. *Havévo temúto* (timueram	*havevámo temúto*
havévi temúto	*haveváte temúto*
havéva temúto	*havévano temúto.*
4. *Havéva credúto* (credideram	*havevámo credúto*
havévi credúto	*haveváte credúto*
havéva credúto	*havévano credúto.*

For-

Formabis ſemper iſtud tempus in omnibus verbis ab imperfecto indicativi verbi auxiliaris, *havere*, vel *eſſere*, & participio paſſivo verbi quod conjugabis.

Futurum.

1. *Parlerò*, loquar { *parlerémo*
parlerái { *parleréte*
parlerà { *parléranno.*

2. *Sentirò*, ſentiam { *ſentirémo*
Sentirái { *ſentiréte*
ſentirà { *ſentiranno.*

3. *Temerò*, timebo { *temerémo*
temerái { *temeréte*
temerà { *teméranno.*

4. *Crederò*, credam { *crederémo*
crederái { *crederéte*
crederà { *credéranno.*

Iſtud Futurum formari poteſt ab Infinitivo mutando *re* in *rò*, cum accentu; in regularibus.

Impe-

Imperativus.

1. *Párla tu,* (loquere
parli quello
{ *parliámo noi*
parláte voi
párlino quelli.

2. *Sentì tu*
Senta quello
{ *Sentiámo noi*
Sentìte voi
Séntano quelli

3. *Témi tu*
téma quello
{ *temiámo noi*
teméte voi
témano quelli

4. *Crèdi tu*
crèda quello
{ *crediámo noi*
credète voi
crèdano quelli.

Iſte modus non multum differre vi-videtur ab indicativo, ſolummodo non habet primam perſonam ſingularem. Deinde poſt ponuntur Pronomina perſonalia, ut enim videre eſt legenti; ſecunda perſona iſtius modi ſimilis eſt tertiæ ſingularis indicativi, & tertia ſimilis eſt ſecundæ perſonæ ejuſdem Indicativi, & hoc tantum in prima conjuga-

jugatione. In alijs verò tribus conjugationibus ſecunda hujus imperati: perſona eſt ſimilis ſecundæ ſingular: Indicativi, tertia verò ejusdem Imperat: fit à tertia ſingulari Indicativi ſi mutes *e* in *a*.

Optativi præſens & futurum, & præſens ſubjunct:

1. *Párli*, loquar	*párli*	*párli*
parliámo	*parliáte*	*párlino*
2. *Senta*, ſentiam	*ſenti*	*ſenta*
ſentiámo	*ſentiáte*	*ſéntano.*
3. *Téma*, timeam	*témi*	*téma*
temiámo	*temiáte*	*témano*
4. *Créda*, credam	*crêdi*	*créda*
crediámo	*crediáte*	*crédano.*

Hoc tempus eſt ſemper ſimile tertiæ per-

personæ singulari modi Imperativi, & hoc quasi in omnibus conjugationibus.

Imperfectum.

1. *Párlassi*, loquere	*párlassi* *párlasse*	*parlássimo* *parláste* *parlássero.*
2. *Sentissi*, sentirem	*sentissi* *sentisse*	*sentìssimo* *sentiste* *sentìssero.*
3. *Teméssi*, timerem	*teméssi* *teméssе*	*teméssimo* *teméste* *teméssero.*
4. *Credessi*, crederem	*credessi* *credesse*	*credéssimo* *credéste* *credéssero.*

Non male formari posset istud tempus à secunda singulari præteriti primi Indicativi mutando *ti* in *si*, v. g. *parlasti, parlassi, sentisti, sentissi, temesti, temessi, credesti, credessi*, idque quasi in omnibus verbis.

Plusquam perfectum.

1. *Havéssi parláto* (locutus fuissem | *havéssimo parláto*
havéssi | *havéste parláto*
havésse | *havéssero parláto.*

2. *Havessi sentíto* (sentissem | *havéssimo sentíto*
havessi sentíto | *havéste sentíto*
havesse sentíto | *havéssero sentíto.*

3. *Havessi temúto* (timuissem | *havéssimo temúto*
havéssi temúto | *havéste temúto*
havésse temúto | *havéssero temúto.*

4. *Havessi credúto* (credidissem | *havéssimo credúto*
havéssi credúto | *havéste credúto*
havésse credúto | *havéssero credúto.*

Hoc plusquam perfect: semper formabitur ab Imperfecto Optativi verbi auxiliaris, *havere*, vel *essere*, & participio passivo verbi quod conjugatur, idque in omnibus verbis.

Imper-

Imperf: ſubjunctivi.

1. *Parleréi, & parlería,* loquerer *parleréſti* *parlerébbe*	*parlerémmo* *parlereſte* *parlerébbono* *& parlerèbbero.*
2. *Sentirèi, & ſentirìa,* ſentirem *ſentiréſti* *ſentirébbe*	*ſentirémmo* *ſentiréſte* *ſentirébbono, &* *ſentirébbero.*
3. *Temeréi, & temería,* timerem *temeréſti* *temerébbe*	*temerémmo* *temeréſte* *temerébbono, &* *temerébbero.*
4. *Crederéi, & crederìa,* crederem *crederéſti* *crederébbe*	*crederémmo* *crederéſte* *crederébbono, &* *crederébbero.*

Iſtud tempus optimè formabitur â futuro indicativi à prima perſona ſingulari mutando, *ró*, in, *rei*, vel, *ria*; & hoc in omnibus verbis.

Præterit: unicum.

1. *Hábbia parláto,* (locutus fuerim	*habbiámo parláto*
hábbi parláto	*habbiáte parláto*
